Universitätsbibliothek Paderborn

Francisci Bellegambe è Societate Jesu Theologi, Enchiridion Theologo Practicum Tripartitum, De Ivbilæo Ecclesiastico

Bellegambe, François

Coloniæ Agrippinæ, 1700

Ignatio De Loyola, Magno secundùm Nomen suum, ...

urn:nbn:de:hbz:466:1-42093

Visual Library

IGNATIO
DE LOYOLA,

MAGNO ſecundùm Nomen ſuum,

MAXIMO in ſalutem Electorum Dei: (a) Sanctitate & miraculis claro, & Catholicæ Religionis ubique dilatandæ ſtudioſiſſimo: (b) Viro verè, quem præelegerat Dominus, ut eorum Dux foret, qui portarent ejus ſanctiſſimum Nomen coram Gentibus & Po-

 pulis:

(a) Gregor. XV. coram Cardinalibus, ex Eccli. 46.
(b) Martyr. Rom. 31. Iulii.

pulis: & Infideles ad veræ Fidei cognitionem inducerent: & rebelles Hæreticos ad illius unitatem revocarent, ſuique in terris Vicarii auctoritatem defenderent. (c)

CHRISTIANI IMPERII

PROPVGNATORI,

Qui animum gerens Mundo majorem, & ultra unius ævi terminos opera ſuæ pietatis extendens, Legionem in Dei Eccleſiâ fortiſſimam conſcripſit, quæ vitam pro Divini cultûs incremento paciſcens, in Romani Pontificis verba jura-

(c) *Vrban. VIII. Bullâ Canoniz.*

juraret; (*d*) novumque eſſet ad majorem Divini Nominis Gloriam propagandam Subſidium, militantis Eccleſiæ Robur. (*e*)

CATHOLICÆ FIDEI

ET PIETATIS PROPAGATORI,

Magnis in Eccleſiam meritis illuſtri; Indefeſſo lucrandis Deo Animis: Cui in primis inter Catholicos inſtaurare Pietatem curæ fuit: A quo Templorum nitor, Catechiſmi traditio, Concionum ac Sacramentorum frequentia,

(d) *Gregor. XV. ad Carol. à Lothar. Epiſc. Virdun poſtulantem facultatem ineunda Soc.*

(e) *Orat. Eccleſ. de S Ign.*

tia, incrementum accepêre :
A quo, miſſo ad prædicandum Indis Evangelium ſancto Franciſco Xaverio, aliiſque in alias Mundi plagas ad Religionem propagandam diſſeminatis, ethnicæ ſuperſtitioni hæreſique bellum indictum, ac feliciſſimo ſucceſſu continuatum. (f)

DOCTORI THEODIDACTO,

DE CHRISTIANA REP. LITTERARIA ÆTERNUM OPTIME MERITO,

Apertis ubique locorum, ad Iuventutem erudiendam in Litteris ac Pietatis, Gymnaſiis: Compoſito, in Seceſſu Manreſano,

(f) Offic. de S. Ign.

reſano, admirabili illo Exerci-
tiorum Libro, Sedis Apoſtoli-
cæ judicio & omnium utilita-
te comprobato: (g) Con-
ſcriptis Conſtitutionibus, tanto
ſpiritu, tantâ ſententiarum gra-
vitate, ordine, comprehenſio-
ne, ut non humana doctrina,
ſed divinitùs infuſa videatur:
(*h*) *Scriptâ*, de Religioſâ Obe-
dientia *Epiſtolâ*, non utili mo-
dò, (*Scribit ſanctus Franciſcus
Borgia*) (*i*) ſed omni dignâ
admiratione, quippe cui nec
quidquam addi poſſit, nec de-
trahi: *& alterâ*, De Reli-
gioſâ Perfectione: *Editis in*

† 4 *lucem*

(g) *Ibid.* (h) *Biblioth. Script. Soc.*
(i) *Epiſt.* De Med. conſerv. ſpirit.

lucem & publicam utilitatem, à quàm plurimis ejus Alumnis, in omni Chriſtianarum Diſciplinarum genere, Lucubrationibus.

GLORIOSISSIMO DENIQUE ET AMABILISSIMO PATRIARCHÆ, OPTIMO MEO IN CHRISTO PARENTI,

Toti ex charitate & amore concreto: (*k*)

Cui, ſecundùm Deum, ejuſque ſanctiſſimam Matrem Vir-

(k) *Ita ſcribebat quidam apud Dan. Bartoli. Vita S, Ign. l. 3 n. 41.*

Virginem, omnia debeo: à cujus beneficentiſſimâ charitate omnia expecto, ſingularem in primis opem, grandiori jam ætate, metæ radendæ propior, ad ineundam tutò felicem Æternitatem, obtento ſpirituali Iubilæo, integrâ malorum abolitione, ac perfectâ libertate Filiorum Dei; quâ, cum ipſo beatiſſimo Patre & Fratribus in Cæleſtem Patriam receptis, *videam faciem Dei in jubilo*, (l) *cantaturus in æternum miſericordias Domini*: (m)

Exiguum hoc grati & ſupplicis animi monumentum,

† 5 Opuſ-

(l) *Iob.* 33. (m) *Pſalm.* 88.

Opuſculum in Palæſtrâ ſuâ, Eccleſiæ, ejuſque ſupremo Paſtori devinctiſſimâ, concinnatum, quanto poſſum maximo obſervantiæ ac venerationis affectu, Offero, Dico, Conſecro,

Ad majorem DEI glôriam, & Proximorum utilitatem.